

EMINENTISSIMO

ATQUE EXCELLENTISSIMO PRIN-
CIPi D. D. SA VO MILLINO ARCHIE-
PISCOPO CÆSARIENSI, PRO SANCTISSIMO
D. N. PAPA apud Catholicum Inclytum Hispa-
niarum Regem CAROLVM II. Apostolico
Nuntio, Summi Vnici Capitis Legato à Latere,
et usque Reuerendæ Camera Generali
Collectori, S. R. E. Cardi-
nali, &c.



Præsens labor alibi, quam ubi
exoptat, locetur, EMINENTIS-
SIME DOMINE, Tuam tan-
tum Sacratissimam manum ex-
petit, vt sub manu Angeli pennæ
hominis eleuentur, quid enim An-

gelus, nisi Nuntius? Et quid Tu, maxime, nisi Nū-
tius, & Angelus? Meus Augustinus dixit, Angelū
nomen officij, non Naturæ: sed optimus ille, qui
facit Angelos suos Spiritus, Tibi, non tam officio,
quàm genio, nomen Angeli à fucō alienum adap-
tauit, vt munus Spiritui, Spiritumque muneri sub-
seruire cerneret, quisquis Te Angelum contempla-
retur, & Nuntium. *Inter omnia Reipublicæ munia, quæ
sanè multa, & diffusa sunt (scribit ille Fredericus in
suo volumine de Legato) vnum Legati, & officij ne-
cessitate, & rerum amplitudine, & dignitatis splendore*

Freder.
Marse-
laer lib.
1. dissert.
3.

ADVERSUS
BYR OCLYDAM GEBURTIGALEICUM
DE ECCLESIASTICA POTESTATE
DECLARATIONEM
SIMYLOVE CANONICA DISTERTATIO,
Super Casu Vani Sacerdotis de Mense &
C.

Per Joannem Baptistam Pignonei Christ. Pignonei
Ordinis S. In Ordinis S. Temporalium S. S. S.

R^{MVS} P.M.

SEQVEIROS

CONTRA

PROPOSITIONES

CLERI GALLICANI:

EVRYTHIMIA PONTIFICALIS

ADVERSUS

EVROCLYDAM CLERI GALLICANI
DE ECCLESIASTICA POTESTATE
DECLARATIONEM.

SIMVLOVE CANONICA DISSERTATIO,
Super Cap. Vnam Sanctam de Majorit. &
obedient.

*Vtrum Summus Pontifex tanquam Christi Vicarius
Omnibus, et in Omnibus, siue Temporalibus, siue Spi-
ritualibus Dominetur, et presit?*

PER MANVS

EMINENT^{MI}, AC EXCELL^{MI} PRINCIPIS,
D. D. SAVI MILLINI ARCHIEPISCOPI
CAESARIENSIS.

PRO SS. D. N. PAPA INNOCENTIO XI.
Apud Catholicum Hispaniarum Regem Carolum
II. Apostolici Nuntij, Legati à Latere, eiusque
Reuerendæ Camerae Generalis Collectoris,
S. R. E. Cardinalis, &c.

PEDIBVS

SS. D. N. INNOCENTIJ XI. Dicata, & oblata.

AVTHORE

Rmo P. M. Fr. FRANCISCO DE SEQUEYROS
et SOTOMAYOR Augustiniano, olim sui Re-
galis Collegij Complutensis Rectoris, Prouintia Castella
Diffinitore, Catholicae Maiestatis Caroli II. Conciona-
tore, in Vniuersitate Complutensi Cathedrae S. Thomae
moderatore, nunc vero Vespertinae Magistri Seutetia-
rum Cathedrae publicè Regente, et c.

CVM LICENTIA. In Officina Francisci Garcia Fernan-
dez, Typographi Vniuersitatis Complutensis. 1683.
Eius expensis, & venditur in ipsius Domo.

E V R Y T H I M I A

PONTIFICALIS,

SIVE RECTVM IVDICIVM

declarationis Cleri Gallicani, de
Ecclesiastica Potestate.

SECTIO I.

Fundamenta, quibus nititur declaratio, euelluntur.

Num. 1. **D**V O fundamenta, vt occasio-
nem declaratio præfert. Pro pri-
mo proponit libertates Ecclesiæ Gallicanæ tanto
conatu obseruatas, quin consulto aduertat posse
Summum Pontificem dissolutiones, sub titulo pri-
uilegij, de medio tollere, statuta etiam olim ab ip-
sis veneranda, nunc erroris aspergine fædata suis
rescriptis declarare; famelicum namque nostræ hu-
militatis stomachum pro temporum varietate di-
uersis suis Canonici dapibus lauare opus est. Dein-
de, quia libertates, & priuilegia illa dubia sunt, vt
historiarum latitudinem tanquam Cœli faciem cu-
rioso perlustranti intuitu constabit. Et expresse de-
ciditur à Clemente III. in cap. *Capellanus de ferijs*
posse Summum Pontificem in dubijs opinionibus
declarare, quæ sit sequenda, & maxime cum non
solum verbis, sed factis declarat. *L. de Quibus. vers.*
Quid enim inter est. D. de Legibus, L. Paulum, D. Rem-
ratam haberi. Semper præsumere debet Ecclesia

AD CAPVT
VNAM SANCTAM, IN
Extrau. de Maioritate, &
Obedientia.

RELECTIO:

UTRUM SUMMVS PONTIFEX TAN-
quam Christi Vicarius omnibus, & in omnibus, siue
temporalibus, siue spiritualibus dominetur, &
presit?

N. 1. **A**Micus Plato, Amicus Socrates, ma-
gis amica veritas prudenter aiebat
Gerson Cancellarius Parisiensis in
Epist. ad Fr. Bartholomeum Chartus: cupientes
non libera proteruia, sed libertate pia scripturienti
saeculo deseruire, non effraenes cursus ex Gallorum
superbia, sed illos impeditos ex alicuius potius re-
uerenti adulatione, quam ex veritatis amore, re-
primere sollicitantes. post scissas Ecclesiae vestes in An-
glia, crines laniatos in Germania, gennas percusas
in Olandia, pectus angustijs miserimis angus-
tatum in Aphrica, ybera suavissimo fidei lacte in